

Romana Ecclesia alienati vos omnes. Tunc illi
quasi ex una voce cœperunt clamare, & di-
cere; ordinetur, ordinetur. Conscripterunt
celeriter Decretum, & per impositionem ma-
nus recepit Spiritum Sanctum, ordinatusque
est in Pontificem, & cum gloria ad Ravennam
Sedem reverus est. Ex illo jam die cœperunt
eum omnes venerari, quasi Angelum Dei.

CAPUT TERTIUM.

Edes Petro curante constructa. Ejusdem cum
Projecto Corneliense Synchronologia.
S. Barbatiani funus.

AEt dīscavit hic Beatisimius Fontem in Ci-
vitate Classis juxta Ecclesiam, quæ vo-
catur Petriana, quam Petrus Antistes fundavit.
Qui Fons mira magnitudinis duplicibus muris,
& altis mœnibus structus arithmeticæ artis. It-
erumque fundavit domum infra Episcopium.
Ravenæ Sedis, quæ dicitur Tricoli, eo quod
tria colæ continet; quæ (1) adficia nimis in-
geniosa inferiùs structa est. Fecitque non loa-
gè ab eadem domo Monasterium S. Andreae
Apostoli; suaque effigies super valvas ejusdem
Monasterii est inferiùs tessellis depicta. Foris
vero parietes proconnis marmoribus decora-
vit, & in ingressu januæ extrinsecus super li-
minate versus metricos continentis ita (2)

*Aut lux hinc nata est, aut capta hinc libera regnat.
Lux est ante venit Cœli decus unde modernum,
Aut privata diem pepererunt tecùm nitentem,
Inclusumque jubar secluso fulget Olympo.
Marmora cum radis vernantia cerne serenis,
Cunctaque sereno (3) percusa in murice saxis.
Authoris pretio splendescunt munera Petri.
Huic honor huic meritum tristis sic comere parva;
Ut valeant spatiis amplius superare coactis.
Nil modicum Christo est. Arctas bene possidet
ades,*

Cujus in humana consistunt pectore templa.

Fundamen Petrus, Petrus fundator, & Aula.
Quod Domus hoc Dominus, quod factum Factor,
& idem

Moribus atque opere. Christus professor habetur,
Qui duo consocians mediator reddit, & unum.
Huc veniens fundat parituros gaudia fletus,
Contritam solidans percutio in pectore mentem.
Ne jaceat, se sternat humi, morbosque latentes
Ante pedes Medici cura prosperante recludat;
Sepe metus mortis, vita fit causa beatæ.

Multa condidit volumina, & valde sapientissi-
mus fuit. Iste unà cum Projecto à Beato Corne-
lio Imolensis Ecclesie unà horâ in Diaconos
ambo consecrati sunt. Post verò Divina provi-
dentiâ ambo solium Episcopale tenuerunt. Pe-
trus Ravennæ Ecclesie; Projectus servatus est
Imolensi. Postquam hic Pontifex ordinatus est,
postmodum ab ipso, iste alter Episcopus Eccle-
sie Corneliensis (4) consecratus est, temporis
Galla Placidie Augustæ, sicut scriptum
reperimus. Corpus B. Barbatiani idem Petrus
Chrysologus cum prædicta Augusta aromatibus
conderunt, & cum magno honore sepelierunt
non longè ad Postularum Ovilionis; consecra-
vitque Ecclesiam S. Johannis Baptiste, quam
Baduarius adficavit.

(1) idest **Edes**. Bacch.

(2) videlicet. Mur.

(3) fiducia. Mur.

(4) in Ecclesia Corneliense. Mur.

(5) &. Mur.
(6) bonus Pastor. Mur.
(7) laceret. Mur.
(8) bene. Mur.

A CAPUT QUARTUM.

Petrus mortem suam prævider, prædictus.
Forum Cornelii pergit, ibique decedit.
Locus Sepulcri.

Cognovit autem post hæc hic Beatissimus Petrus per spiritum finem vitæ suæ. Igitur ad Corneliensem Ecclesiam, & ingressus infra Basiliacum B. Cassiani obtulit munera, id est craterem aureum unum, & pateram argenteam alteram, & diadema aurea magna pretiosissimum gemmis ornata. Hæc omnia à S. Cassiani Corpore imbuīt, positaque super Aram ipsius Ecclesiæ, & stans super crepidinem juxta Altare expansis manibus, benedixit cunctam Plebem, Sacerdotes, & Populos, ac oravit dicens; tu dedisti Domine Deus animam in corpore isto; tu iterum misericors suscipe eam, quia tua sum Creatura. Non occurrat mihi iniquissimus Diabolus, sed Angelus tuus Sanctus suscipiat eam, & collocare jubeas in finibus Patriarcharum, ubi lux permaneat, & gaudium immensum est. Et nunc Domine te con-
fiteor labiis, (5) corde; tu qui cuncta patrasti ex nihilo, qui solus nosti prisca, præsentia, & futura; da Populo huic eorū docibile, ut timeant te, & agnoscent, quia tu es Deus in Cœlo sursum, & in terra deorum, qui per Sanctum Filium tuum totius generis humani salutem recuperasti, in quem credimus Deum, & Dominum Angelorum, qui es benedictus in secula seculorum. Mitte illis Domine Deus verum Pastorem, qui tuas congreget oves, non disperdendo, sed ad caulas Ecclesiæ congregando. Non sopiait ut mercenarius, non sit ut alienæ ovis custos, sed verus Pastor, qui oves cum agnisi commissas, immaculatas tuo aspectui repræsentet; ne ille ferocia immanissimus Lopus, qui prædam rapere querit à te, Pastoris corda excita, rapida voluptas depellatur, vellera Fi-
delium ovium non diripiatur, ne Sancta Ecclesia vocis balatibus gemat. Tu bonum Pastorem (6) tribue huic Populo: mitte Pastorem non percussorem, sed nutritorem, non ut allidat, sed defendat, non spernentem, sed revocan-
tem, non raptorem, sed largitorem, non ut (7) sed compescat, non cupidum, sed tributorem, non elatum, sed humilem, non fervum, sed blandum. Custodi eos, Popu-
lus tuus est, & oves manuum tuarum, qui es benedictus in secula. Ad lugentem Populum ait; Filii carissimi audite me. Ego vado, & ingrediō viam universæ terræ, ubi constituta est Domus omnis viventis. Nunc Filii confor-
matimi, & estote Viri prudentes. Dabit vobis Dominus Deus Pastorem, & Rectorem sicut scriptum est; non repellet Dominus plebem suam in finem, & hæreditatem suam non derelinquet. Ipsum audite. Ille docebit vos. Ille vos per amena pascua ducet, ille sui verbi pabulo vos reficiet; ipsum audite, non conturbemini. Et vos vilcerá mea non contra eum in tumore cor-
dis elevetis, non cum tunultu, & jurgio Pa-
storem eligatis; non Patrem hujus Patriæ pro pecunia hanc obtineat sedem; sed hoc (8) di-
ligite, quem Dominus elegit. Estote perfec-
ti Filii; ab omni heresi fervate vos. Cavete ab Ariano dogmate. Sanctam, & incontamina-
tam